



SECTIO IV.

SPIRITVS STILLATITII.

Spiritus vini rectificatus.

℞ Spir. vini Gall. q. v.
Fiat destillatio ad medias igne lenissimo.

Spiritus hic cum salis tartari triti et sicci quarta parte per biduum digestus, dein destillatus e cucurbita vitrea, calore lenissimo, fit alcohol.

Spiritus e frumento aliisque rebus fermentatis eodem modo rectificati ulteriore egent purificatione, iterata nempe destillatione ex aquae fontanae aequali quantitate.

Spiritus Cochleariae.

℞ Cochleariae recent. contusae libras decem.
 Spiritus vini rectif. libras quinque.

Macerentur per horas duodecim, et destillatio fiat ex B.M. ad libras quinque.

Spiritus

Spiritus lauendulae compositus.

℞ Flor. recent. lauendulae libras duas.
rorismarini libram vnam.

Cort. recent. exter. limonum vncias tres.

Spir. vini rectific. congiū vnum cum semisse.

Destilla e B. M. ad siccitatem. In spiritu destillato macera per triduum.

Cinnamomi vncias tres.

Caryophyllorum aromaticorum,

Cubebarum ana vnciam vnam.

Scobis fantali rubri vncias duas.

Cola.

Spiritus rorismarini, vulgo Aqua reginae Hungariae.

℞ Flor. recent. rorismarini libras duas.

Spir. vin. rectific. congiū vnum.

Flores recentissimi statim subiiciantur destillationi ex B. M.

Aliunde ut plurimum ad nos adfertur.

Spiritus volatilis oleosus, vulgo salinus aromaticus.

℞ Salis ammoniaci volatilis vncias octo.

Ol. still. rorismarini sescunciam.

succini vnciam vnam.

cort. limonum semunciam.

Spir. vini Gall. congiū vnum cum semisse.

Destilletur ex B. M. fere congius vnus.

C

SECTIO